



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Venatio Sacra. Sive Puer Amissus

Cabilliau, Baudouin

Lovany, 1642

Elegia IV. Varius in orbem B. Virginis recursus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70011](#)

ELEGIA IV.

Varius in orbem B. Virginis
recursus.

1. *B. Virgo queritur, ne cum tertio iam demum die apparere puerum.*
2. *Cupit adhuc indagare.*
3. *Hæret anceps, ubinam querat.*
4. *Sperat tamen ad se, uti ad punctum, vario è viarum amfractu redditurum puerum.*

VOX B. VIRGINIS.

I Am bis luna redit funesti conscientia casus,
 Quæ vetat ire nouis astra serena rotis.
 Nec ter adhuc lux ora meum promittit IESVM;
 Nox ubi sub tristi terra sole sedet.
 Quique suos reddit rediueus Eous honores,
 Quod sequor Eo non redit igne iubar.
 Tunc ego: quam felix, si sol sis fidus amanti.
 Fidus ero, dixsti; nec tamen villa fides.
 Tempus & aura vagis ut enim celer auolat alis;
 Sic abit & rapidum temporis auctor iter.
 Quæ fugit, insuetusque viæ, durius laboris,
 Effugit auersus Virginis ille domo;
 Ibo celer, celerisque sagax venabor aluminum;
 Mitto canem; cæcus sed canis errat amor.
 Eure, precor, resonis M A R I Æ suspiria pennis
 Defer eò, I E S V M nox ubi muta premit.
 Et puer narrat, lacrymis quas scribo querelas;
 Si tamen has nescit, qui regit astra puer.
 Sed redit orbus amor, redit orbus & Eurus alumno;
 Hic I E S V reditum nescit, & ille fugam.
 Ibo tamen, quo dicit amor, simul error I E S V
 Non errans; hic spendiçiat, & ille fidem;

Dicamus

Dicamus bona verba : pīj puer omnis augur. I. 1. 3. 3. 3.
 Sic iubet ; ille redux prospera vota facit. I. 1. 3. 3. 3.
 Det Deus, vt norim , quo sifat limite currum . I. 1. 3. 3. 3.
 Quæue terenda nouis ritē sit ora rotis. I. 1. 3. 3. 3.
 Sed nimium faciles spes credula commodat aures. I. 1. 3. 3. 3.
 Dum mihi spondet opem , durius vrger opus. I. 1. 3. 3. 3.
 Nil actum tot in ærumnis , orsisque laborum.
 Nil desiderijs, luctificisque vijs ?
 Quamlibet inuitenti ; puer in pia colla parentis
 Nullus adest : mors est non licuisse morte. I. 1. 3. 3. 3.
 I nunc , & tandem Mater moriare puelli,
 Saucia de danio : sed mihi viue, iubes. I. 1. 3. 3. 3.
 Viue diu ; sero Gnato matura dolotis.
 Viue diu ; disces quod patiere, pati.
 Præterea duro iam nunc adsuesce laboti :
 Virgo licet : vincent Virginis arma necem.
 Hoc equidem sensi, nec me sententia mutat ; 3
 Sentit & hoc mecum quisquis amendo perit.
 Interea sed quid stata cura, grauisque laborum
 Orbis in abruptis it que reditque vijs ?
 Quid sequar ? incertis mens scinditur, anxia votis.
 Haud minus ac quadris compita scissa vijs.
 Sicubi fisto ; nigris dolor aduolat obuius alis.
 Sin vigor, absentem me procul icit amor.
 Hoc puer , ille puer, quo non sit suauior alter,
 Sustinet ? hanc Matri spondet an ergo fidem ?
 Si fas dulcē queri , de te querar omnia I E S V ;
 Omnia cum I E S V dum mihi parue rapis .
 Alma precor pietas justis sed parce querelis,
 Si quid pecco , pīj noxa doloris erat.
 Crimen an ausa parens ? scelus est peperisse salutem &
 Sed nil ausa parens , nec scelus ausa parens.
 Nil nocet, an nocuisse queat pia Mater amoris ?
 Quid cadat in castum culpa, doluisse sinum ?
 Quidquid id est, pueri sine crimine, siue parentis
 Si puer errat amans, error amoris erit.
 Ceu rota , mille nouo sed vi orbe reuoluerit oibes,
 Puncto fixa brœui mobile sifit iter.

Sic & amor vario sat ut egerit agmine cursus ;
 Huc quo meta vocat ; credo, reflectet equos.
 Nunc licet immenso trahat ampla volumina gyro ;
 Sancte Puer punctum cor tibi matris erit.
 Omnis eto rendit concors via, siue viarum
 Linca, quo puncto meta sit alta quies,

ELEGIA V.

B. Virgo solitudinem suam, doloremque, & Verbi æterni ubiuis silentium explicat.

1. Se solam à Filio relinquì ingemiscit.

2. Vbiique I E S U M suauiter inclamat ; nec tam
men vox inde ullia resultat.

3. Omni affectu aduocat Filium.

Felix illa domus, cui pusio ludit in aulâ !
 Felices sobolis, spes ubi salua, nurus !
 Ast ego non felix ; cui si non plurimus hæres,
 Vnus in vniogenâ floret & omnis honos.
 Flos tamen eximus quouis præ flore, parentem,
 Qui sit lux reliquis, tristis ut umbra later.
 Hæc cine virginei sint ultima præmia partûs ?
 Hæc cine sub dexterâ cælite pacta fides ?
 Hæc cine Iosepho merces iucunda laborum,
 Usque redux duro currat ut orbe labor ?
 Idque ubi iam lætis pax aurea floret in herbis ?
 Et via festiuis personat ista choris ?
 Vidi ego tum quouis ridere rosaria prato,
 Et dare texendas in sacra ferta rosas.
 Inde meo sed mille sinu nisi fidere spinas
 Ingemui : spinis saucta corda flagrant.
 Hinc dolor, ulcus edax, quouis perit orbe medelam ?
 Yes medela puer, qui mihi vulnus alit,

Implorò